The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio cd
cum fontibus primis

Cunctis se existimat amplius sapere quibus se uidet amplius posse.

Cunctis se aestimat amplius sapere, quibus se uidet amplius posse.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2, 6 (SC 381, F. Rommel ed., p.206, ll.51-52).

Et in eodem (Gregorio): «Cunctis se existimat praelatus amplius sapere, quibus se videt amplius posse.»

Hoc amant, scilicet uideri sapientes;

hec causa fuit angelice et humane ruine. Ponam, inquit angelus, sedem meam ad Aquilonem; et homini ait: Eritis quasi dii, scientes bonum et malum. Timeat igitur prelatus quod meruit homo et angelus. Angelus enim cum uellet esse potencior corruit; homo cum uideri uellet sapiencior desipuit.

Hoc amant, scilicet videri sapientes, et esse potentes, haec causa fuit angelicae et humanae ruinae. *Ponam*, inquit angelus, *sedem meam ad Aquilonem* (*Isai*. XIV). Et homini dixit: *Eritis sicut dii, scientes bonum et malum* (*Gen*. I). Timeat igitur praelatus, quod meruit homo et angelus. Angelus enim, cum vellet esse potentior, corruit; homo, cum vellet videri sapientior, desipuit.

Hugo ibidem (de duodecim abusionibus claustri).

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 2, 12 (PL 176, col.1060B-C).